

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Rutha

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

## SENTENTIA.

Præstantes uiri, licet eis in præsentia non egeas, retineri debent in casus futuros.

## RUTHA. Ruth. 1.

## ARGVMENTVM.

Noemim ex Moabitica discedentem in Israeliticam terram, quamnis dissuadentem, comitatur præ eius amore Rutha eius, quondam nurus.

Noemis, Rutha, & Orpha  
eius nurus.

**P**ostquam Deus cepit misericordiam sui populi (ut accepimus) eumque leuauit fame, quæ coegerat me & meum uirum & liberos cõfugere huc ad Moabitas, iam nihil est quod uelim diutius agere in regione aliena. Sed uobis, meæ nurus charissimæ, censeo redeundum suam cuique in domum patriam, postquam estis priuatæ uiris. Iam satis me comitate estis. Ite sanè secundo Deo, quem precor ut uobis repèdat pietatē, qua use estis in mortuos & in me. Det in quam uobis loua, ut nanciscamini quietem suū utraq; apud maritum. Amplectimini me, charissimæ coniuges meorum olim filiorum.

**R.** Heu nos miseræ, siccine disiungimur à te? Ah non fiet, suauissima socrus: quin ibimus tecum ad tuos populares. **H.** Nihil opus est, meæ filiolæ: an

putatis

Videlicet  
nibi benefa-  
ciendo pro-  
pter mortu-  
os filios me-  
os, maritos  
uestros.

putatis me ad  
sint uobis  
te. Nam eg  
cepta uiro. Se  
uira, uel in p  
elis expecta  
lidu durare  
et necessitat  
sa, sed nolo re  
dicat melius  
Vale, mea qu  
quendam so  
repetat patri  
heres reuert  
relinquenda  
in commorati  
hi tecum erit  
moriar, tecū  
ita mihi hab  
me à te separ  
firmasti, nolo  
uon sanè, De

Beati q  
nane & pa  
temnera

putatis me adhuc utero edituram filios, qui futuri  
sint uobis uiri? Reuertimini potius meæ filiolæ, abi-  
te. Nam ego quidem grandior sum, quàm ut sim  
apta uiro. Sed iungite non adesse spem, meq; tradi  
uiro, uel in proximam noctem, filiosq; gignere: an  
estis expectaturæ, donec adoleuerint? poteritis ne  
tãdiu durare sine uiris? Non ita, filiolæ: parendum  
est necessitati. Equidem ualde angor uestro disces-  
su, sed nolo repugnare urgenti Deo. o. Vera præ-  
dicat: melius est reuerti. n. Sapis, amplectere me.  
Vale, mea quondam nurus. o. Vale & tu, mea  
quondam socrus. n. Vides Ruiha, ut tua fratria  
repetat patriam, & deos penates? Quid apud me  
hæres? reuertere unà cum ea. r. Ne me urge de te  
relinquenda. Nam quò tu cunque ibis, ego ibo: ubi  
tu commoraberis, ego commorabor. Cõmunis mi-  
hi tecum erit populus, cõmunis Deus. Tecum unà  
moriar, tecũ unà humabor: ita omnino statui. Atq;  
ita mihi habeam Iouam propitiũ, ut <sup>b</sup> una mors est  
me à te separatura. n. Postquam ita animum ob-  
firmasti, nolo improbius obfistere tuo studio. Ex-  
mus sanè, Deo bene fortunante.

b nihil n  
mors.

## SENTENTIA.

Beati qui Deum, Deiq; populum antepo-  
nunt & parentibus & patriæ. Eos Deus largè  
remunerabitur.

ROOZVS. Ruih. 2.

c 4 ARGV-